



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De persecutione Maximini Caesaris aduersus Chritianos. Cap. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

HAYMO DE CHRISTIA.

viuus extitit thesaurus, comparare sibi scripta maiorum, & condere bibliothecam, aggregare libros in arcius templorum, magis quam nummos in arcā. Audiant huius temporis ecclesiasticæ personæ & rubore confundantur, qui à vestigiis patrum tam impudenter & imprudenter recesserunt, quod servi facti sunt ancillarum, ambitionis & pecuniae. Et qui potuerūt sublimes scripturas indagare fortassis facilius, quam maiores nostri, cum illorum diligētia exemplaribus copiosius abundant, prolpudor nunc ad infimarerum & cōtemptibilia, ad ciuiles causas & loculos convertuntur. Sed hæc haec tenus. In illis diebus Hippolytus episcopus multorum conditor opusculorum, inter cetera sua libellum de Pascha edidit, in quo etiam temporum Canonem & descriptionem quandā pulchra ratione depingit. BEDA: Hic decennouenalem circulum Paschæ reperiens primus dedit occasionem Eusebio, qui de eodem decennouenali circulo tractatum composuit.

ALEXANDER regnat xix. annis.

Caput VII.

In tera Alexandro imperatore defuncto, Maxi-
minus Cæsar succedit. Iste primus ex militari cor-
pore absq; decreto senatus, imperator efficitur. Qui
dum odio aduersus p̄decessoris sui Alexandri domū,
& matrem eius Mammeam pro eo maxime, q; Chri-
stiana erat, & Origenem presbyterum, quem Romę
accitum & honorifice habitum ipse audierat, qui tūc
non solum Alexandriæ, sed toto orbe clarus habebat-
tur, infestat. Hac inquam occasione persecutionem

RERVM MEMO. LIB. VI.

commouet per ecclesias, maxime aduersus doctores
ecclesiarum.

MAXIMINVS regnat tribus annis.

Caput VIII.

SED per dei prouidentiam in breui cōsummatus, si-
mul finem vitæ & persecutionis facit.

POST quem imperat Gordianus.

Caput IX.

PONTIANO vero Romano pontifice tunc finē fa-
ciente succedit Antherius. Qui cum non amplius
quam mense uno ministrasset, sacerdotium
reliquit Fabiano.

BEDA. Cap. X.

HIC testimonio spiritus sancti in specie colum-
bæ super caput eius descendente episcopus or-
dinatur, quod alij de eo, alij de Zephyrino epi-
scopo factum fuisse tradunt. Per idem tempus Afri-
canus inter scriptores ecclesiasticos nobilis habetur.
Hic multos scribit libros & epistolas, inter quos Mat-
thæi & Lucæ in generatione Christi euidentissime o-
stendit consonantiam, & Chronicam ipse cōponit.

GORDIANVS imperat sex annis.

Caput XI.

INTEREA Gordiano imperatore finem faciente, Phi-
lippus cum Philippo filio suo succedit. Hic primus
omnium imperator Christianus fuit. Cui veleni
interesse vigilijs Paschæ, & cōmunicare mysteriis, re-
stitutus Fabianus Papa, nec permisit donec confiterent
peccata sua, & staret inter pœnitentes. Hic post tertium
sui imperij annum cum millesimus à conditions